

Franckesche Stiftungen zu Halle

D. Sam. Schelguigii Synopseos Svpplementvm, à Piis hucusque frustrà desideratum, nunc vero tandem ab infrunito quodam Pietista, per maledicta ...

Schelwig, Samuel

Gedani, 1710

VD18 12326739-003

Index

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-229354



INDEX I. QUÆSTIONUM, CUM ANTITHESISIBUS.

Numerus Romanus indicat Thesin, cum sub-
junctâ Antithesi ; Litera Græca paragraphum
inter Antitheses.

ARTICULUS I. DE THEOLOGIA

QUESTIO I. An Theologia Christiana notet ipsam
Scripturam Sacram ? I.

II. An Theologia Christiana accipi queat pro fide
Christianorum, & quidem pro fide qua creditur ? I.

III. An Theologia Christiana denotet essentiam &
vitam spiritualem ? I.

IV. An notitia Theologica, Scripturæ Sacræ con-
formis, si sanctitas vitæ, à subjecto absit, propterea
veræ Theologiæ nomine excidat ? II. a

* V. An notitia Theologica, ex Scripturis hausta, ei-
demque conformis, in homine impio, ratione
originis, merè naturalis sit, & sine Spiritûs Sancti
influxu gratioso acquiratur ? III. γ. δ

* VI. An impius, qui Theologiam suam, ex auditu
aut lectione verbi divini, ita didicit, ut notitia
ejus verbo illi conformis sit, verè dicatur & cen-
seatur Θεολόγος, seu à DEO doctus ? III. ε

* VII. An notitia Theologica, quæ à literâ Scriptu-
ræ, ex qua hauritur, & cum quâ convenit, lite-
ralis dici consuevit, semper, etiam in impiis, pro
spirituali, adeoque divinâ, vivâ & ad tertium
Symboli Apostolici articulum pertinente notitiâ,
haberi mereatur ? III. γ. IV. ζ

IX. An in vitâ hac universalis Theosophia omnium
hominum expectari queat, promittive debeat ? VI.

INDEX I.

- IX. An Theologia hominis impii, ex verbo Dei hausta; eidemque conformis, non nisi æquivocè Theologia dicatur, & rectius Philosophia de rebus sacris appelletur? II. β.
- *X. An Theologia hominis impii, ex verbō DEI hausta, eidemque conformis, mereatur dici carnalis, i. e. secundum esse suum à corruptâ carne procedens, aut ad corruptam carnem pertinens? IV. η.
- XI. An Theologia impii hominis eadem planè sit cum Theologiâ Diaboli? IV. θ.
- XII. An Theologia Heterodoxorum, seu veterum, seu recentium, quatenus Heterodoxi sunt, veræ Theologiæ nomen mereatur? V.
- *XIII. An Theologia polemica i. e. circa controversias, quæ cum heterodoxis intercedunt, occupata, ex Ecclesiâ eliminari debeat? IIX.
- *XIV. An Theologia Systematica jure improbetur? VII.
- *XV. An Theologiæ Mysticæ introductio ex re sit Ecclesiæ? IX.

ARTIC. II. DE RELIGIONE.

- *I. An parum aut nihil referat, quamcunque demùm Religionem profiteamur, modò externæ honestati vitæ, quam Pietatem vocant, studeamus? I. ε.
- *II. An ex sanctimoniâ vitæ externâ, in sensus incurrente, judicandum sit de veritate Religionis? I. κ.
- *III. An Fratrum spiritualium titulo, ex hominis judicio, insigniendi sint, qui diversam à verâ religionem profitentur, dummodò externâ vitæ sanctimoniâ sese commendent? II.
- *IV. An Juramentum veræ religionis exigere ac præstare liceat? III. λ.

V. An

QUÆSTIONUM

V. An quis, juramento veræ religionis alicubi præstito? alibi inter eos, qui juramenti istius nullam rationem habent, aut etiam juramentum istud abrogatum cuperent, adhuc obligetur? III. μ .

ARTIC. III. DE SCRIPTURA S.

* I. An Verbum Dei externum & internum differant essentialiter? I.

* II. An Verbum Dei externum non sit ipse sensus Dei, sed merum signum, quod sensum Dei indicet? II. ν .

III. An sensus Spiritus S. à Verbo Dei externo separari queat? III. π .

IV. An Verbum Dei externum extra usum careat divinâ virtute? II. σ .

* V. An Verbum Dei externum, in usu spectatum, per se spirituales verèque divinas operationes edere nequeat, nisi Spiritus S. virtus & influxus immediatè superveniat. III. τ .

VI. An Verbo Dei duplex veritas insit, alia secundum literam, sive externam descriptionem; alia secundum internam virtutem? III. π .

* VII. An Verbo Dei non nisi virtus creata & finita divinitus communicata sit? III. ρ .

VIII. An Verbum Dei prius in nobis vivificari oporteat, quàm fructum ferre queat? IV. ϕ .

* IX. An verbum Dei in impio sit litera mortua? IV. ψ .

X. An quæ ex Verbo Dei, sine hujusdem mutatione, depromuntur, desinant esse Verbum Dei, si in aliò, quàm Dei sensu, ab homine accipiantur? II. θ .

* XI. An Controversiæ de Verbo Dei, quales proposui-

INDEX I.

posuimus, levis adeò momenti sint, ut cuius cir-
ca easdem libertas sentiendi quicquid voluerit,
meritò indulgeatur? V.

- * XII. An probandus aut excusandus, qui cum se
pro membro Ecclesiæ Evangelicæ venditet, ver-
sionem Bibliorum, à Lutherò adornatam, sine
prægnanti causa, in lingua simplicioribus æquẽ
ædoctioribus vernaculâ, accusat & reprehendit? VI.

ARTIC. IV. DE ENTHUSIASMO.

I. An Deus, post completum Scripturæ Canonem,
in rebus spiritualibus, quenquam per immediatam
revelationem dirigere velit I. x

II. An Christus etiamnum immediatè appareat,
suos de rebus spiritualibus edocurus? Ibid.

III. An Virgo Asseburgica fuerit Prophetissa, cui Deus
semet immediatè, in commodum Ecclesiæ, re-
velaverit? I. x. w.

IV. An Deus Angelos eo fine ad nos ableget, ut
per illos de rebus spiritualibus edoceamur? I. x.

V. An Columba illa, quam Anno M. DC. XCV. in
pago Obercrossen, non procul ab Ulstadio, in do-
mo Provisoris templi, Georgij Krahneri, sola hu-
jusdem uxor Susanna Magdalena, & octo anno-
rum filiolus, iride circumdatam, sæpius videbant;
reliqui autem ibi commorantes, de rebus spiri-
tualibus, nempe de pœnitentia, de verbo Dei co-
lendo, de precibus, de vitâ Christianâ &c. con-
cionantem, indiscriminatim audiebant, Angelus
fuerit, à Deo ad homines edocendos missus? I. x.

* VI. An talis Raptus ecstasticus, in quo homo ferè
sine omni devotione; imò sine sensu, intellectu, me-
mo-

QUÆSTIONUM.

memoriâ, omnique potentiarum concreatarum exercitio, quiescat, & anima illius ab universis creaturis, omnique eo, quod Deus non est, evacuetur, ac in Deum, tanquam centrum suum, trahatur, ibidemque quasi liquefiat, nec quicquam, nisi Deum virtutemque Dei percipiat, cuiquam à Deo immittatur? II. β

* VII. An Deus raptum ecstaticum cuiquam, fidei in ipso, aut in aliis per ipsum excitandæ, confirmandæ, augendæve gratiâ, immittat? II. α

IIIX. An quæ Anno M. DC. XCIV. tribus Ancillulis, Catharinæ Halberstadiensi, Magdalene Quedlinburgensi & Elisabethæ Erfordienti, acciderunt, signa raptus ecstatici & quidem divini exhibeant? Ibid.

* IX. An experientia interna, eaque sensibilis, in mysteriis, ad fidem hujusdemq; praxin pertinentibus, utpote de Justificatione, Sanctificatione & Salvatione, ita necessaria sit, ut sine illâ ex solâ Scripturæ literâ, veritas (*das rechtschaffene Wesen*) in Christo, vel planè non, vel non plenè satis intelligi queat? III. γ. IV. ε.

* X. An experientia interna in nobis plura & pleniora manifestet, quàm ex solâ Scripturæ literâ cognosci ac intelligi queant? III. δ.

* XI. An experientia hujusmodi, ut principium normativum se habeat, non tantùm explorandi, sed etiam demonstrandi, seu comprobandi, an revelatio ab eo, cui facta est, divina censi mereatur, nec ne; itemque quoad eum, qui docetur, an docens ex Spiritu & gratiâ, an tantùm ex naturâ loquatur? IV. ζ. η.

T 3

ARTIC.

INDEX I.

ARTIC. V. DE LIBRIS SYMBOLICIS.

- I. An aliqua Librorum Symbolicorum in Ecclesiâ sit necessitas? I.
- II. An Libri Symbolici traditionibus humanis (den Menschen Sâgungen) accensendi sint? II.
- III. An Libri Symbolici meritò appellentur divini? III 9.
- IV. An Libri Symbolici dici possint Θεόπνευστοι, seu à Deo inspirati? III 1.
- * V. An libri Symbolici ab erroribus immunes sint? IV.
- VI. An ab erroribus immunis sit Augustana Confessio? Ib.
- VII. An ab erroribus immunis sit Apologia Augustanæ Confessionis? Ib.
- VIII. An ab erroribus immunes sint Articuli Smalcaldici? Ib.
- IX. An ab erroribus immunis sit uterque Catechismus Lutheri? Ib.
- X. An ab errore immunis sit Formula Concordiæ? Ib.
- * XI. An Libris Symbolicis conditionatè subscribendum sit, (non QUIA, sed) QUATENUS cum verbo Dei conveniunt? V.
- XII. An Libri Symbolici etiam quoad ea, quæ per legitimam consequentiam inde deducuntur, obligent? IV. µ.
- XIII. An qui in Ecclesiâ Evangelicâ natus & educatus est, priusquam Libros Symbolicos approbet, iisdemve subscribat, novâ & scrupulosa singulorum dogmatum ibi contentorum exploratione opus habeat? VII.
- * XIV. An qui, neglectâ dehortatione, sciens, volensque contraria Libris Symbolicis, seu publicè, seu privatim docet, dignus sit, qui Fratris spiritualis nomine ab Orthodoxis ultra compelletur? VI. ζ.

QÆSTIONUM.

XV. An qui dogmatibus per Libros Symbolicos definitis contraria, seu voce, seu calamo, pertinaciter docet, salvâ, quæ Verbo divino debetur reverentiâ & obedientiâ, in munere, ab Ecclesiâ demandato, relinqui possit? VI. o.

XVI. An Philosophi, Medici, Jureconsulti, &c. si membra Ecclesiæ Evangelicæ dici, haberique velint, ne contraria Libris Symbolicis pertinaciter, seu voce, seu calamo statuunt, obligentur? VI. v.

XVII. An subortis latiusque indies serpentibus novis erroribus, ex quibus, nisi compescantur, grave periculum Ecclesiæ certò imminet, consultum sit numerum Librorum Symbolicorum, hæcenus receptorum, augere? II. X.

XII. X. An Ministris Ecclesiæ, nullâ speciali obligatione impeditis, propter subortos perniciosos errores, semet mutuo ad accuratiorem Librorum Symbolicorum observantiam, veritatisque custodiam, literis reversalibus, arctius constringere liceat? IX.

ARTIC. VI. DE DEO TRINUNO.

I. An solus Deus propriè, creatura autem quæcunq; non nisi æquivocè Entis nomine veniat, essentiamque habere statuatur? I.

* II. An in Ecclesiâ nato, doctrinaque ejus de Deo a pueritiâ imbuto, fas sit, usum terminorum Essentiæ, Personæ, Trinitatis &c. in explicando hoc mysterio, jam per tot secula receptorum, sugillare, aut terminos eosdem, spretâ quam à teneris imbiberat doctrinâ, averfantibus, patrocinari, vel saltem connivere? II.

ARTIC. DE JESU CHRISTO.

I. An præter Christum externum, detur etiam internus, qui in hominibus spiritualiter, sed tamen verè

INDEX I.

& propriè loquendo, ita ut exinde caro ex carne ejus & ossa ex ossibus ejus fiamus, etiamnum concipiat, formetur, nascatur, crescat, patiat, crucifigatur, moriatur, sepeliatur, resurgat, in coelum ascendat &c? I

II. An in Christo non solum natura, sed etiam persona humana detur? III

III. An præter Christum aliud aliquod Ens, duas naturas in essendo completas, nempe divinam & humanam, tanquam suas, habeat? II

* IV. An redemptio non solum extra nos, per meritum Christi facta sit, sed etiam, si salvi esse velimus, necessariò per sanctificationem & renovationem, in nobis à Christo fieri debeat? IV.

* V. An Christus tum demum perfectus Salvator evadat, cum peccata in nobis destruxerit, nosque plenè sanctificaverit? V.

* VI. An sanguis Jesu Christi, in sanctificatione ac renovatione, non solum meritoriè; sed etiam formaliter nos à peccatis mundet? VI.

* VII. An per tincturam sanguinis, virtus creata & finita ex Christo hodiernum emanet, & usque in fundum animæ apud credentes penetret, eosque penitus immutet, ita ut per illam in nobis generetur natura nova & planè pura, idoneos nos reddens ad servandum omnia Dei præcepta? VII.

* IIX. An homo fidelis, propter unionem mysticam cum Christo, dicere possit: Ego sum Christus? IIX

IX. An novus homo, quem per regenerationem induimus, possit dici Christus? IX

IIX. DE SPIRITU SANCTO.

* I. An miraculosa Spiritus S. effusio super omnem carnem, quæ Joëlis II. 28 29. prædicatur, imo illustrior

QUESTIONUM.

lustrior, quàm Apostolis in primâ Pentecoste contigit, adhuc expectanda sit? I.

II. An dona ministrantia irrogenitorum donis supernaturalibus Spiritûs S. annumeranda sint? II.

ARTIC. IX. DE CREATIONE.

An mundus, cum de primâ ejus origine quæritur, non ex nihilo, sed ex præexistente materiâ invisibili creatus sit? Th. unic.

ARTIC. X. DE PROVIDENTIA.

* I. An Deus & infinita ejus virtus cum creaturis ita concurrat, ut utriusque una actio & unus effectus sit? I.

* II. An divinæ, sed tamen creatæ & finitæ virtutes, ex ipsâ Dei essentiâ emanantes, in hominem deriventur? II.

ARTIC. XI. DE HOMINE.

I. An partes essentielles hominis tres sint, nempe Corpus, Anima & Spiritus, ab Animâ essentialiter distinctus; I.

II. An anima extra corpus esse possit, ut tamen homo non moriatur? II.

ARTIC. XII. DE IMAGINE DEI.

I. An Christus sit ipsa imago Dei, in nobis restauranda? I. x.

* II. An homo non sit acceptus Deo, priusquam Deus aliquid suæ imaginis in ipso viderit; ita ut homo propter Imaginem Dei, quæ in hac vitâ reparari incipit, à Deo diligatur? I. s.

III. An Imago Dei in alterâ vitâ ejusmodi conformitatem inferat, quâ Christus majestatem suam, quam apud Patrem, ante jacta mundi fundamenta, habuerat, beatis ita communicet, ut gloria Dei fiat hominum

rege- nitis, quatenus Rege- nitis, quatenus Rege- nitis, quatenus Rege- INDEX I.

it, quatenus Rege- nitis, quatenus Rege- II. *rege- nitis, quatenus Rege-*

ARTIC. XIII. DE PECCATO.

rege- nitis, quatenus Rege- I. An peccatum habere, & peccatum facere I. Joh. III. 8. 9. ita differant, ut illud de solo peccato actuali quocunque, etiam quod sine proærecti committitur, intelligendum sit; quo sensu Renati peccatum quidem habeant, nequaquam verò peccatum faciant? I. *rege- nitis, quatenus Rege-*

* II. An homo, durante hac vitâ, ejusmodi statum obtinere queat, in quo extrâ sensibilem luctam adversus peccata constitutus, cum Christo, ut victor & triumphator regnât? I. *rege- nitis, quatenus Rege-*

* III. An perversæ inclinationes, à peccato originali pullulantes, contrariis exercitiis crebrò repetitis, ita debilitari queant, ut rarò amplius motum earum percipiamus? I. *rege- nitis, quatenus Rege-*

IV. An peccatum apud regenitos furorem suum non nisi in carne atque membris prodât, ad mentem verò & regnantem animæ virtutem, ex regeneratione proveniente, quamdiu Spiritus Dei cor inhabitat, non pertingat? I. *rege- nitis, quatenus Rege-*

* V. An nullus homo, sine omni actuali peccato, vitam in hoc mundo duxerit, ducat, aut ducturus sit? II. *rege- nitis, quatenus Rege-*

* VI. An ex Scripturâ demonstrari queat, ullum unquam hominem, qui aliquandiu vixit, à tempore regenerationis indefinenter se ab omni proærectico peccato continuisse? II. *rege- nitis, quatenus Rege-*

VII. An inter regenitum & irregenitum, in statu peccati, detur medius, in quo Deus conversionem adhuc operetur, quique adeo nec regenitus sit, nec irregenitus, qualem Paulus Rom. VII. 18. 19. describat? IV.

* VIII.

QUÆSTIONUM.

* VIII. An ex Quæstionibus, Catechesi minori annexis quilibet homo, etiam Renatus, se peccatorem à Decalogo, quem non servaverit, convictum, facteri teneatur? II. ↓.

IX. An Deus singulari consilio quibusdam oculos, quasi manu objectâ, occludat, ne in omnibus veritatem divinam cognoscant, ut salis loco apud suos, in fide errantes, maneat? III.

ARTIC. XIV. DE LIBERO ARBITRIO.

* I. An homini naturâ insit propensio ad reduntionem cum Deo, à quò per peccatum avulsus est? I.

* II. An homo ex naturalibus viribus, sine omni lumine gratiæ, excellentem verbi divini notitiam consequi possit, & quidem tantam ut dicta Scripturæ difficilia explicare, illustrare & à corruptelis vindicare, imò ut totam fidei analogiam sine errore cognoscere, deque eâ cum aliis loqui, concionari ac disputare queat? II.

* III. An homo, priusquam verbum Dei in corde percipiat, abnegatione sui, humilitate, obedientiâ & precibus semetipsum præparet, Spiritui S. sistat divinarumque operationum capacem reddat? III.

ARTIC. XV. DE GRATIA DEI.

* An Deus ulli homini, ante finem temporalis vitæ, terminum salutis obtinendæ peremptorium, ipsi, ad quem pertinet, ignotum, statuerit; quo elapso gratia revocans, etiam quâ primum gradum, eidem penitus subtrahatur, ut nulla ampliùs spes veniam, æternamque vitam consequendi, supersit? Th. unic.

ARTIC. XVI. DE ELECTIONE.

An electio ad salutem, suspensa fuerit à prævisi-
one

*Crambe
vel d
ima
vix re
crista*

INDEX I.

one cum Christo, tanquam proximò ipsius fundamētò? Th. unic

ARTIC. XVII. DE VOCATIONE

An Deus non solùm per Evangelium, sed etiam per Legem, nos ad Ecclesiam Christi, propriè loquendo vocet? Th. unic.

ARTIC. XIX. DE ILLUMINATIONE.

I. An doctrinam de Illuminatione, imò ipsum Illuminationis vocabulum, agrè feramus, ut proinde gratiæ novis Reformatoribus debeantur, quòd hunc fidei Articulum, quasi postliminio in Ecclesiam Scholasque reduxerint? I.

* II. An quicquid inspiritualibus veri & menti Spiritus S. congrui, ex verbo Dei externo, ab homine, seu regenito, seu irregenito, per intellectum divinitus gratiosè elevatum percipitur, ab Illuminatione profectum censeri debeat? III.

* III. An per Verbum externum nemo illuminetur, nisi eidem Verbo lumen Spiritus S. tanquam interna vox aut unctio, in Subiecto illuminando, immediatè superveniat? IV

* IV. An per Ministros Verbi, ceu per causam ministerialem, verè & propriè loquendo, illuminemur? V.

V. An illuminemur per introversionem in nos ipsos, per abstractionem mentis ab omni lectione & meditatione, imò ab omni eo quod Deus non est, per quietem internam & silentium sacrum &c.
II. a. β. γ.

VI. An per habitans in nobis verum & essenziale Lumen, cujus Scriptura eum in finem, ut nos ad interna ducat, tantùm externus testis sit, illuminemur? II. δ,

* VII.

QUÆSTIONUM

- * VII. An eruditio scholastica impediât Illuminationem? VI.
- * IIX. An Purgatio animæ à peccatis, ac Sanctificatio & Renovatio, Illuminationem præcedant? VII. e
- * IX. An Illuminatio nunquam sit, imò nec esse possit absque Sanctificatione? VII. n
- X. An major, uberiorque Illuminatio, quam Ecclesiæ antea unquam contigit, posthac expectanda sit? IIX.

ARTIC. XIX. DE REGENERATIONE.

- I. An virtute divinâ, sed tamen creatâ & finitâ, quæ ex Deo ac Christo, ejusque humanâ naturâ emanet & hominem intimè penetret, regeneremur? I. 3. i.
- * II. An per Regenerationem consequamur novam eamque divinam naturam? II. λ.
- * III. An Renatus per novam, quam consecutus est, naturam, in ipso cordis fundo, animæque summis & intimis viribus, penitus (ganz oder gänzlich) mutetur, ita ut in præsentî vitâ non tantum idoneus fiat, ad peccatum actuale perpetuo vitandum, omnesque fructus Spiritûs indefinenter exercendos; sed etiam, actu ipso continuo & nunquam interrupto, pravis cupiditatibus resistat, aut ad minimum resistere conetur? II. μ.
- IV. An natura divina, per Regenerationem acquisita, etiam corpus hujusque facultates penetret & mutet, ita, ut corpus, in præsentî vitâ, per illam non solum à materialibus peccati sordibus purgetur; sed etiam spiritualem indolem (eine geistliche Art /) qualem Electorum corpora in resurrectione habitura sunt, consequatur? II. v.

* V.

INDEX I.

* V. An in Regeneratione novum corpus ex Christi corpore induatur, ut caro & ossa de carne & ossibus Christi fiamus? I. x.

VI. An duplici modo Filii Dei fiamus, per Adoptionem & per Generationem, Adoptioni contradistinctam? III.

sim. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
VII. An inter Regenitos spiritualis sympathia reperitur, ut, licet sibi invicem antehac ignoti fuerint, singulari tamen affectu, simulac convenerint, se invicem prosequantur, ut alter alterum agnoscat, diligat, desideret, de eo gaudeat, ei condoleat &c? VI. x.

VIII. An ex parte hominis nihil planè discriminis, inter Regénitum lapsum, & eum, qui nunquam regenitus fuit, occurrat? V. *per regenerationem*

* IX. An in iis, qui gratiâ Regenerationis exciderunt, literalis notitia rerum ex Scripturâ antehac, cum adhuc renati essent, haustarum, ut & assensus superstes, non ampliùs divini luminis sint, utpote prorsus extincti; sed tantum humanarum cogitationum? IV.

X. An propterea Deo placeamus, cum eo uniamur, & ad regnum cœlestē capessendum idonei reddamur, quòd Deus suam imaginem, in Regeneratione restitutam, in nobis videt? VI. z.

Diff. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
XI. An crucifixio carnis, tanquam medium conservandæ, vel promovendæ Regenerationis, aut etiam signum huiusdem, consistat in castigationibus corporis ultrò susceptis v. gr. in vigiliis, cum per labores officii, quantum satis est, dormire liceat; in humicubatione, cum lecti strati præsto sint &c?

VI. *op. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*
VI. *op. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

QUÆSTIONUM. 2. i. An Caritas

Artic. XX. DE JUSTIFICATIONE ET FIDE.

*II. An præsentæ Notitiæ promissionum Evangelica-

rum, Assensu iisdem præstito & Fiduciâ in Chri-
stum promissum, infallibiliter concludamus, ad-
esse Fidem Justificantem? II.

III. An essentia Fidei justificantis, materialiter spe-
ctata, consistat in Notitiâ, Assensu & Fiducia; for-
maliter autem in Christo per Notitiam, Assensum
& Fiduciam apprehenso, adeò ut Christus, eò
quò diximus modò apprehensus, rectè pro essentia
fidei formaliter spectatâ, venditetur? I.

IV. An dilectio aut resignatio sui ipsius, aut imita-
tio Christi &c. sit Forma vel Vita Fidei? Item-
que an Fides vera & Fides operosa, vel operans,
qua rem, unum idemque notent? III.

V. An vita Fidei duplex sit, una, quam sibi Fides
ipsi à Christo, ante hujusdem apprehensionem,
per verbum vivificum habet; altera, quam cum
Christo in hujusdem apprehensione, non sibi,
sed homini credenti accipit, consistentem in iusti-
tia & salute? V.

VI. An Fidem præcedat viva peccatorum notitia:
quin imò, an necesse sit, ut cor prius à peccatorum
sordibus purgetur, quàm Fidei capax fieri queat?
IV.

VII. An Fides, quæ in sola imputatione meriti Chri-
sti consistit, ubi non simul experimur virtutem
Christi adversus peccata, sit fides imaginaria?
VI.

VIII. An veram Fidem ex experientia oriri oporteat-
ut quicquid sine experientia pro Fide habetur,
non nisi Fidei mortuæ ex sangvina quasi ossa exhi-
beat? VI.

* IX.

INDEX I.

*IX. An propter absentiam Operum, Eides in homine primum justificando, censenda sit mortua? IIX. γ

*X. An agnitio & sensus peccatorum, ipsaque contritio & consternatio super peccata, essentiam justificationis, vel ipsius Fidei justificantis, formaliter considerandæ & definiendæ, ingrediantur? X.

XI. An rectè inter justificationis actum & statum distinguatur? VII. χ

*XII. An justificemur Fide actualiter efficace, id est, eò, quò justificare debet, jam dilectionem & (quæ dilectionis appellatione comprehenduntur) opera seu externa, seu interna, necessariò secum habente? VII. ↓

*Falla-
cia
quæ
pro,
nūq.*

*XIII. An justificemur Fide potentialiter efficace, id est tali, quæ cum homo justificari debet, virtutem seu potentiam diligendi, & (quæ dilectionis appellatione comprehenduntur) opera, seu externa, seu interna edendi, jam necessario secum habeat? VII. w.

XIV. An formæ sanorum verborum consentanea proferat, qui statuit, nos quidem non justificari Fide, QUATENUS per charitatem efficax est; sed tamen Fide QVÆ, per charitatem efficax est; VII. α

* XV. An Fidem prius esse vivam oporteat quam justificare queat? IIX. β.

XVI. An justificemur per imputationem meriti Christi & operationem justæ conversationis? IX. δ.

XVII. An justificemur per Fidem, tanquam vitam spiritualem, quâ Christum intra nos operantem persentiscimus? IX. ζ.

XIIX. An justificemur intrinsecus, per novam, quam accipia-

QUÆSTIONUM.

accipiamus, naturam divinam, cujus imperfectio-
nem imputata Christi justitia tegat & suppleat?

IX. e.

ARTIC. XXI. DE UNIONE SPIRITUALI.

I. An non solum per fidem, sed etiam per charitatem,
tanquam causam a parte hominis mediam, Deo
uniamur? II.

* II. An per Unionem spirituales, tanquam essentialem, Deificemur, vel Christificemur; seu ut alii efferunt, an per illam tingamur ad divinam naturam? transformemur in Deum; imò ad totam plenitudinem Deitatis, in *λογος* habitantem, perveniamus? III *Σ. ι. λ. ιι. γ.*

* III. Vn Unio spiritualis sit fundamentum & principium omnium gratiarum actuum, ipsiusque etiam Iustificationis ? I.

IV. Ah, cum Christus, etiam qua humanam naturam, nobis uniatur, caro ejus glorificata, in Unionē mystica, fiat indumentum Sanctorum? III.

ARTIC. XXII. DE SANCTIFICATIONE ET
BONIS OPERIBUS.

I. An una eademque virtus Fidei se in Justificatione
& Sanctificatione exerat? I.

*II. An Fides non solum naturâ, sed etiam tempore prior sit Charitate; ita tamen ut hæc illam, peractâ Justificatione, proximè, immediatè & perpetuò sequatur? II

*III An Opera Renatorum, legaliter spectata, Bonitatem absolutè sic dictam habeant, ut non solum ex gratiâ, in Christo & per fidem, verum etiam in & per se, ac propter essentiam suam, pro verè bonis censi debeant? III. 2.

*IV. An bona Opera ad Christianismum, non tan-
tū

INDEX I.

tum consequenter, sed etiam formaliter & constitutive, ut pars ejusdem, pertineant? III. e.

V. An Fides non nisi prima scintilla, Charitas verò præcipua pars vitæ spiritualis sit? IV. a.

VI. An Fides per bona opera retineatur, augeatur, vel confortetur? IV. e.

*VII. An conscientia, ratione ipsius personæ, coram Deo, præsertim in agone mortis, per opera tranquilletur? VI.

*Inter
eximi
natio* VIII. An formæ sanorum verborum consentaneum sit, quòd, qui bona opera facit, Deum ex eo habeat propitium? V. σ.

natio IX. An per vitam legaliter sanctam veniamus ad beatam mortem? V. r. *omnes vires christia*

mixti X. An obedientia & servatio Legis, seu, quod idem est, an patratio bonorum operum ad viam salutis, ut hujusdem pars, pertineat? V. *nima cal
vane mot*

*XI. An qui non totam vitam, juxta omnes vires sibi concessas, ita instituit, ut secundum regulam divini Verbi & conscientiæ, omnia facere conetur, ad illum non spectet istud Rom IX. 1. Nulla condemnatio est iis, qui in Christo Jesu sunt? XI.

*XII. An formulæ illi, aut alii, huic simili, quòd bona Opera necessaria sint ad salutem, sensus veritati conveniens quæri debeat; aut si quæzatur, reperiri queat? VII. φ. x.

XIII. An in Ecclesia Evangelica, de falsitate dogmatis, quòd bona opera sint necessaria ad salutem, antehac informatus, si postea aliud sentientibus se applicet, & contrarium approbet, imo & propugnet, pro infirmo fratre reputandus, ferendus, aut excusandus sit? VII. ψ.

*XIV.

QUESTIONUM.

*XIV. An bona opera se, ut pars salutis seu beatitudinis gratiosæ, habeant? X II. β.

*XV. An bona opera se in hac vita jam, ut pars salutis seu beatitudinis gloriosæ, habeant? XII γ.

XVI. An cuiquam homini, in hac vita possibile sit, in Sanctificatione eò pervenire, ut amplius proficere nequeat? IX. α.

*XVII. An Renatus, in renovatione, ad gradum sanctitatis, summo proximum, durante hac vita, pervenire queat? IX. β.

XIII. An major sanctitatis gradus in N. T. quàm in V. requiratur? IIX.

XIX. An qui vivà fide pollet, in renovationis negotio, sine causa de infirmitate conqueratur? X.

ARTIC. XXIII DE POENITENTIA.

I. An tres Poenitentiae partes sint, Cognitio peccati, Cotritio & Fides? II.

*II. An Poenitentia duplex sit, alia Legalis, quæ ex metu poenæ resultet, amore peccati adhuc in fundo animæ, remanente? alia Evangelica, quæ ex dilectione Dei oriatur, atque seriò peccati odiò stipetur? III. δ.

III. An ratio, id est quidditas & veritas contritionis, in se ac formaliter spectatæ, mutetur virtute Evangelii in Contritionem veniente? III. ε.

IV. An qui per considerationem passionis & mortis Christi ad Contritionem non movetur, ei Lex hac in parte nihil profit? IV. ζ.

